

werdet, wöllen wir umb dieselben e. f. g., die gote der almechtige lang gesund erhalt, mit unnsern gantz gehorsamen willigen vorpflichten diensten allezeit demutigklich vordienenn 2c. Geben 2c.

212.

5 *Bischof Tilo von Merseburg überträgt dem jeweiligen Rektor der Universität die Gerichtsbarkeit, und Herzog Georg bestätigt diese Bestimmung.* Leipzig, 1496 Oct. 18.

Hdschr.: Diplomatarium senatus Lipsiensis II, fol. 93.

Ann.: Vergl. hierzu Zarncke, Statutenbücher, 18.

In nomine domini. Amen. Tilo dei et apostolice sedis gratia episcopus Merse-
 10 burgensis, unicus alme universitatis studii Lypsenensis cancellarius eiusdemque apostolicus
 conservator, de rectoris iurisdictione volumus, quod rector universitatis habere debeat
 plenariam iurisdictionem nedum in omnia supposita, verum etiam in omnes facultates
 nationesque universitatis. De iudice universitatis ordinamus deinde, quod nullum
 15 suppositum, facultas aut natio iurisdictionem rectoris declinare aut etiam dominum epi-
 scopum Merseburgensem cancellarium pro tempore existentem in civilibus causis per
 viam querele adire presumat, sed iuxta iuramentum prestitum ad rectorem universitatis
 remaneat, qui secundum statuta aut sui consilii assessorumque cognitionem procedere
 habebit. Quia vero hanc predictam universitatis reformationem nos Georgius, dei
 gratia dux Saxonie, nomine illustris principis et domini Alberti, genitoris nostri, dicto
 20 domino nostro et amico, domino Tiloni dei et apostolice sedis gratia episcopo, dicte nostre
 universitatis cancellario et conservatori apostolico, uti promissum est, et genitori nostro et
 nobis commissam legi audivimus eamque in omnibus suis punctis et articulis examinari
 fecimus honestamque, virilem, opportunam et rationabilem reperimus, unde propter
 eandem admisimus, laudavimus et per presentes admittimus et laudamus et ab omnibus
 25 et singulis nostre universitatis supradicte incolis inviolabiliter observari volumus, idcirco
 in omnium et singulorum evidens testimonium sigillum nostrum presentibus literis appendi
 iussimus, et nos Tilo 2c. Datum et actum in castro Lipsiensi anno a nativitate domini
 nostri Iesu Christi 1496. die Veneris 18. mensis octobris.

213.

30 *Notariatsinstrument über die Bestimmungen des Testaments Mag. Thomas Hertel's aus Jauer, Collegiaten des Frauenkollegs.* 1497 März 9.

Hdschr.: Vidimirte Abschrift des Originals auf Perg. Archiv des Frauenkollegs II, f. 1.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo
 nonagesimo septimo, indictione quindecima, die vero Iovis, nona mensis martii, hora
 35 vesperarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini Alexandri, divina